Zarzecki — Debitum

Coram officio et Actis praesen(tibus) Castren(sibus) Capitan(ealibus) Branscen(sibus) personaliter comparens Nobilis Christophorus olim Alberti Iwarowski filius Sanus mente et corpore existens a foro suo proprio recedendo et huic se incorporans publice libereque recognovit. Quia ipse Nobili Paulo Zarzecki et eius successoribus tenetur estque debitus summam viginti florenorum polonicalium certi et liquidi debiti pro Festo Sancti Alberti proxime venturo parata pecunia solvere Sub vadio simili. Et coram officio praesenti Castren(si) Branscen(si) omnibus in universum iuris remediis se et suos successores uti abscribendo. Sub amissione causae totius causae.

Rządzce — Obligatio.

Coram officio et Actis praesen(tibus) Castren(sibus) Capitanealibus Branscen(sibus) personaliter comparens Nobilis Franciscus olim Christophori Rządca filius Sanus mente et corpore existens a foro suo proprio recedens et huic se incorporando publice libereque recognovit. Quia ipse Nobili Michaeli olim Alberti Grochowski de Grochy filio et eius legitimis successoribus bonorum suorum in bonis Rządzce sitos quatuor sulcos inter metas Nobilis Jacobi Rządca ab una et Nobilis Martiani Rządzca iacentes in agro Glinki usque ad granicies Spalinska tendentes. Cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus attinentiis in sex florenis polonicalibus ad exemptionem obligavit et inscripsit. In transmissionem illi eo nunc admittit. Pacem tuitionemque evictionem ab omnibus impedimentis iuridicis cavet. Sub vadio simili. Et coram officio praesenti peremptoria ratione omnibus in universum iuris remediis se uti abscribendo. Et praesentem inscriptionem ex actis ad Acta Terrestria transferre consensit.

Piekutowo Zochy areas — Donatio.

Coram officio et Actis praesen(tibus) Castren(sibus) Capitan(ealibus) Branscen(sibus) personaliter comparens Nobilis Petrus olim Valentini Kostro in Kostry et Zochy haeres Camerae Terrae Bielscen(sis) a foro suo proprio Terrestri recedendo et huic se incorporando publice libereque recognovit. Quia Nobilibus Matthiae olim Joannis Tyska de Zochy Andreae Petro Joanni et Nicolao

2574

filijs Nobilis Mathiaei Przasnek Piekut de Zochy haeredibus et ipsius successoribus aream suam dictam Piskorowska in bonis Zochy inter metas Kliminis Alberti Tiska Zochowsky et ex altera Mathiaei Piekut iacentem incipiendo a Bruki seurowy et pratis prout aliorum haeredum areae se extenduntur cum omnibus attinentiis omnique iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario nihil ibidem ex eisdem bonis sibi et suis posteris aut alijs cuipiam reservando et excipiendo perpetue et in aevum dedit donavit et irrevocabiliter resignavit. Introitum illi ex nunc cum pacifica possessione offerendo acceptandam admittit. Pacem tuitionem evictionem ab omnibus impedimentis iuridicis et extraiudicialibus cavet. Sub vadio damnorum Terrinsis Et coram officio praesenti perempta ratione omnibus in universum Iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis de iure concedi solitis se et suos successores ubi abscribendo. Praesentemque inscriptionem ex his Actis autentice acceptam ad Acta Terrestria transferre consensit.

Skrzipkowski **Obligatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens Nobilis Albertus olim Georgij Skrzipkowski de Skrzipki antiqua filius Sanus mente et corpore existens a foro suo proprio recedendo et huic se incorporando publice liberéque recognovit. Quia ipse Nobili Ioanni olim Stanislai Skrzipkowsky et ipsius successoribus bonorum suorum ... in villa Skrzypki sitis in primo campo quinque sulcos inter metas Nobilium Gregorij et Ioannis fratrum suorum ... Biessiera ad granicem ... biecka tendentes in alio campo tres sulcos inter metas eorundem incipiendo a ... ad granicem Sinkowska In tertio campo ... inter easdem ... tendentes ex villa ad granicem Olszewska cum omnibus ... in Summa Septem Signarum ad exemptionem obligavit ... acceptare admittit Pacem tuitionem evictionem ab omnibus impedimentis ... cavet Sub vadio simili ... Et coram officio praesenti ... suis remedijs de universis bonis perempte cedere se submisit. Et praesentem inscriptionem ex his Actis autentice acceptam ad Acta Terrestria ... transferre consensit. Nulla praescriptione Terri obstante.